

SCRIPTA

Numéro Scripta : 150

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 507 / ARTEM 2695

Auteur(s) : Robert [particulier]

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1037-1043]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Un certain Robert, avec l'accord de Richard, comte d'Évreux, concède à l'abbaye de Jumièges de sa terre de « Cupinne », près de Gauciel, dans le comté d'Évreux, en échange de quoi il reçoit de l'abbé Robert une somme de 19 livres.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 1514.

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XVIII, t. 1, p. 58-60.

Indications

Loth Julien (Abbé), *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges*, par un religieux bénédictin de la congrégation de Saint Maur, Rouen, Métérie (Société de l'histoire de Normandie), 1882-1885, 3 vol., t. 1, p. 163.

Dissertation critique

Les dates sont l'une celle du début du principat de Richard, comte d'Évreux, et l'autre celle du départ de Robert, abbé de Jumièges, pour la cour d'Édouard le Confesseur.

Texte établi d'après a

Divine scripturæ, quæ nobis ad paradisi sedem, de qua per primi parentis lapsum decidimus, remeandi iter ostendit, paginis edocemur quatinus, dum vivimus, bona operari studeamus et ex his que nobis Dei omnipotentis miseratio bonis contulit suorum fidelium indigentiam relevare non onerosum sit. Namque ibi thesauros nostros recondere jubemur ubi erugo et tinea, que demoliri eos possint, penitus non inveniuntur. Quod tunc denique fit cum ex bonis a Deo nobis attributis pauperum inopiam reficimus, aut æcclesiis Dei ea perpetim possidenda contradimus. Quod ego Rotbertus, servorum Dei ultimus, mentis archano revolvens, et presentis seculi gloriam, si pro ea æterna vita negligitur, non nisi ad nostrum interitum profuturam considerans, Dei cuncta disponentis motus instinctu, aliquid ex mei juris beneficio Deo servisque suis impartire studeo. Est igitur mihi, inter cetera quæ Deo auctore possideo bona, quædam terra in loco qui Cupinne vocatur, in comitatu Ebroicæ civitatis sita, quæ videlicet proxima

adjacet terræ Gaudiaci, vici sancti Petri Gemmeticensis monasterii. Hanc ego Deo et sancto Petro in Gemmetico monasterio ad usus servorum Dei inibi habitantium perpetualiter possidendam concedo, consensu atque voluntate Ricardi ejusdem Ebroicæ civitatis comitis, faventibus etiam cunctis filiis et parentibus meis, pro ipsius scilicet domini mei Ricardi animæ amminiculo, necnon et pro meae ceterorumque amicorum sive heredum meorum requie, ut habeant, teneant atque æternaliter sine ullius hominis usurpatione vel contradictione possideant. Pro qua etiam terra decem et novem libras denariorum ab abbate ipsius loci, nomine Rotberto, sive a monachis ibi degentibus accepi, ne quis perversitate diabolica infectus huic rei contradicere penitus audeat. Quod si furiosus quisquam et diabolicæ malignitatis veneno tumens, hanc donationem infringere præsumpserit, a sanctorum omnium cætu semotus, perpetualibus incendiis perpetualiter urendus, nisi resipuerit, tradatur. Et ut hæc cuncta perpetim firma permaneant, propria manu subterfirmavi dominoque meo comiti Ricardo firmanda tradidi.